

Sententes in Academia nostra docentes; Præprimis Maxime Venerandus TUL.  
Præses exhibitæ Disputationis, Senior totius nostri corporis & apud Exteros longe  
Inlytus. Sic studia & vitam agis Studio Theologo dignam omnibusq; Patronis  
Munificis & bonis commendandam. Faxit D. T. O. terque M. ut studiorum  
tuorum emolumenta brevi sentias uberrima.

Dabam è Mas. M. Dominic. Reminiscere Ao. 1714.

Nobil. atque Doctissimo DN. MAYERO, Amico  
atque Auditori suo jucundissimo xárgen!

**I**lli demum ex Nobilissimorum DNN. Studiosorum cohorte sibi, consci-  
entiaeque suæ benè consulunt, qvi ad Academiam, tanquam bonarum ar-  
tium fœcundam matrem missi, DEUM, omnium artium ac scientiarum Sa-  
torem statoremve, cultu haud infucato sibi reddunt propitium, tempus  
non otio, non luxu, non comedationibus, aliisque id genus flagitiis consu-  
munt, sed totos se, quanti quanti sunt, studiis dicant, tradunt, mancipant,  
insimul quoque humanitati, civilitatiq; ex animo litant. TU itaque optime  
DN. MAYERE! rebus tuis optime præesse studies, Summum Numen humillimè  
colendo, bonas literas intimè amando, savitatemque morum toto ex pectore  
induendo. Hinc DEUM habes benevolum, Patronos faventes, Præceptores,  
Doctoresque in sinu gaudentes. Qvia verò illum, quem Tibi hactenus compa-  
rasti, eruditionis apparatum publicè exponere, atque sub umbone DN. SENIO-  
RIS nostri maximè Venerabilis, (quem adhuc diu sospitem velit esse Summum  
Numen) cathedram Academicam concendere paras, de rebus Theologicis cum  
eruditis eruditos misturus discursus, hos Tibi conatus honestissimos ex animo  
gratulor, DEUM precatus, velit savissima gratiæ suæ aura Tibi nunquam non  
quam clementissimè adspirare, studiaque tua hactenus laudabiliter gefta, ad ma-  
jus inde fastigium benignissimè provehere, in solius æterni Patris gloriam, ec-  
clesiæ emolumentum, ac Consangvineorum Amicorumque gaudium. Vale,  
faveque.

T. T.

HERM. CHRISTOPH. Engelen / D,

Nobil. atque Clarißmo DN. Respondenti, ingenuo S. S. Theol. Cultori,  
S. & O.

**O**mnia approbandum ab omnibus est, quod aggredieris, institutum  
tuum, Optime MAYERE! quando publicum laudatissimæ tuæ diligentiaæ  
ac comparatæ per illam in Regiomontanâ partim, partim & hac no-  
strâ Rostochiensi Academiis eruditionis specimen es exhibitus. Ecquid enim  
studiis